

## BESSARIONIS

fuisse, ita ut non deceat ex maledictis, & iam reprobatis arguere. Deinde satis iam de  
 hoc per nos dictum est, quando & si non in vtroq, in altero tamen eum mentitum fu-  
 isse probauimus, cum ipse quidem, q̄ per filium spiritus habeat subsistentiam, negaret,  
 Nos autem testimonij doctorum probauerimus verum esse, ita ut non debeamus si-  
 lentiō sacri concilij niti, & inde arguere, q̄ Theodoritus scripsisset spiritum sanctū nec  
 ex filio, nec per filium subsistentiam habere, & concilium his auditis tacuerit, nec eum  
 redarguerit, ideo tacuit, quia eum vera dixisse sciebat. Ecce etenim probatum quidem  
 est spiritum sanctum per filium subsistentiam habere. Synodus vero non solum de alte-  
 ro, videlicet q̄ non ex filio habeat subsistentiam, tacut, sed etiā de altera parte, hoc est,  
 quod nec per filium procedat, quod tamen palam falsum est. Quemadmodū em̄ hoc  
 silentio præterierit, cum tamen falsum sit, ita etiam reliquum, videlicet, q̄ nec ex filio  
 subsistentiam habeat, cum ipsum quoque falsum sit. Hæc igitur & in superioribus di-  
 ximus, & nunc illius noni anathematismi, contra quem Theodoritus scribens illa, di-  
 xit, ipsius Cyrilli expositionem induximus, se ipm̄ & suam mentē exponentis, & con-  
 tra maledicta Theodoriti replicantis. Non decet igitur, omisso illo alium querere ver-  
 borum Cyrilli expositorum, & præsertim acerrimum illius hostem. Quare autem Cy-  
 rillus spiritum dixerat proprium filii, in nono anathematismo, quod Theodoritus car-  
 p̄it, ipse exponens, quia dicit ex eo est, conueniens in hoc Occidentalibus patribus. Et  
 illi enim spiritum dicunt filii, & proprium filii, tanq̄ ex eo procedentem. Præterea ex  
 responsione Cyrilli ad Theodoritum idem probare possumus, si quis sine contentio-  
 ne audiat. Procedit quidem (inquit) spiritus sanctus ex deo patre secundum verba sal-  
 uatoris, non tamen est alienus a filio, omnia nāq̄ cum patre habet. Et hoc ipsem̄ do-  
 cuit, dicens de spiritu sancto, Omnia, quācūq̄ habet pater, mea sunt, ideo dixi vobis, ex  
 meo accipiet, & annūtabit vobis. Nam & si a patre (inquit) procedere spiritū sanctum  
 salvator dixit, non minus tñ est, etiam filii. Est autē filii quæadmodū & patris, Superiorius  
 nāq̄ dixit: Erat nāq̄, & est sp̄us eius, sicuti & patris, & nō magis patris, minus filii, sed  
 similiter amborum. Hoc vero nil aliud est, nisi quemadmodum est sp̄us patris tanq̄ ex  
 eo procedens, ita scilicet etiā filii est, tanq̄ ex eo, & per eum procedens. Et hoc signifi-  
 cat cum in testimoniorum huius rei accipiat, q̄ filius omnia habeat, quia & pater, & addat,  
 q̄ hoc de sp̄u dixerat dñs. Postremo idem probat per illā authoritatem, q̄ ex eo, id est, fi-  
 liō accipiat sp̄us. Hoc em̄ & sanctus Epiphanius (vt paulo post ostendetur) pro eo q̄  
 ex eo procedat, accipit. Ipse quoq̄ beatus Cyrilus in expositione sup Iohānē, ipam au-  
 thoritatem exponens, sic inquit, Accipere em̄ sp̄m dicimus ex patre & filio ea, quæ il-  
 lorū sunt, non tanq̄ aliquando quidē non habentē inīta in eis sapientiā & potentiam,  
 Cum autē intelligatur habere tūc vix habentem, semp etenim sapiens & potes est sp̄us  
 immo vero ipa sapientiā & potentia est, nō participatione, sed naturaliter. Si igitur id, qd̄  
 sp̄us ex filio accipit, sapientia & potentia est, hæc vero non aliquando quidē habet,  
 aliquando vero non, semp nāq̄ talis est, natura nō participatione, semperq; a filio ea ac-  
 cipit, quia cum non habeat participatione, natura eius sunt, qd̄ hinc colligis q̄ ignorat.  
 Et merito hæc beatus dicit Cyrilus, q̄ in pleriq; alñs locis manifeste ex filio sicuti ex  
 patre procedere dicit spiritū sanctū. In epistola nāq̄ ad Nestoritum, Et si est (inquit) sp̄us  
 in propria hypostasi, prout sp̄us est non filius, non est tamen ab eo alienus, profuit aut̄  
 ex eo sicuti & ex deo & patre. Ne quis aut̄ hoc verbum, profluere, de secunda & tem-  
 porali processione putet hic fuisse dictū. Primo quidē sciat, q̄ non est hic sermo de di-  
 stributione donorum & charismatū sp̄us, sed de ipa eius hypostasi. Deinde hoc, pro-  
 fluere, semp reperies apud hunc doctorē pro, producere, accipi. Etenim tum in expo-  
 sitione symboli, profuit quidē (inquit) hoc est procedit, tum in sexto ad Hermiam, &  
 spiritum quidē veritatis eum nominat. Profluere aut̄ ex ipso afferit patre, tum etiam ple-  
 riq; alñs in locis idē dicit. Illud quoq; quod dicit, sicuti ex deo & patre, non superfluit.  
 Nil enim ille superuacaneū, sed omnia cū magno pondere dicit, & ita vult, spiritum eē  
 filii, prout est patris, & ita profluere, prodire, & emanare a filio, prout a patre, & nullo  
 modo aliter. Ideo in sermone ad Theodosium Imperatorem, de hoc loquēs, & yoleſ  
 probare ita esse filii sp̄us, prout patris, & ita ex filio nobis emanare eum, prout ex pa-  
 tre. Non ex mensura (inquit) secundum Iohannem dat spiritū filius, sed ip̄e eum ex se-  
 ipso emittit, quemadmodū & ipse pater. Quare beatus Paulus omni in hoc differentia  
 postpo-

Iohā. 17.b

Cyrillus.